



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

449. [i.e. 349.] Sabbato Dominica I. Adventûs. De Abstractione ab omni
creatura, ut cum Matre Virgine omnes actus mei sunt Virginei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 6. Domin. 1. Adventus. 627

orum & Angelorum. B. Virg. imò Christum
ipsum. Quid tibi dabo Domine pro hoc be-
neficio, omnes bonas cogitationes, deside-
ria, & opera mea? Nihil est. Omnia obsequia
iustorum, qui in terris degunt? Parum est.
Do tibi omnem laborem, & laudem omnium
sanctorum. Parum est. Do tibi omnem San-
ctitatem Angelorum. Et adhuc parum est.
Do tibi omnem puritatem & merita Beatis-
simae Virginis MARIAE. Adhuc parum est. Do
tibi omnes perfectiones SS. Humanitatis
Domini mei, & offero tibi infinitam Maje-
statem tuam, & do affectum desiderij mei,
immensas perfectiones, & omne bonum,
quod tu habes, & es. Statuo tibi magno fer-
ore servire, quia bonus & dignus es, me in
principium tibi consecrare, cor ad amorem,
os ad laudem, manus ad opus. Petam, ut me
filius adoptivum faciat, & fratrem per
gratiam Filij sui, & hæredem Regni sui.

MEDITATIO CCCXLIX.

Sabbato Domin. 1. Adventus.

*De Abstractione ab omni creatura, ut
cum Matre Virgine omnes actus mei
sint Virginei.*

Idebo ignem, qui, ut conservetur purus,
non debet conjungi cum alia materia.

DD 2 Petam

Petam abstrahi ab omni creato, ut omnes actus mei sint Virginei.

Conf. 1. Quomodo Sapientia ædificaverit sibi domū in corporis Christi formatione factā in momento, quia virtus Spiritūs sancti infinita perfectissime hoc opus fecit, in quo voluit ostendere suam omnipotentiam, adeoque illibatā puritate Divæ, unde tria mirabilia infert S. Bernard in Vigil Nativit. *Conjuncta Deus & homo, Mater & Virgo, Fides & cor humanum.*

Conf. 2. Ut, sicut Virgo integrā Virginitate concepit, sic omnes actus mei sint virginei & illibati, necessariam esse abstractionem mei a me, & omnibus creaturis, tanquā spinis & tribulis, in quibus nulla integritas, nec quies haberi potest, solus Deus finis ultimus, lectus mollissimus, ad quem tendens illibatus ero.

Conf. 3. Ad abstractionem a creaturis hæc requiri . 1. fugere voluntate & proposito ab omni peccato etiam minimo, & vehementi conversione ad Deum converti, & nihil nisi in Deo, & propter Deum agere, 2. Exuere se intellectu, & affectu ab omni creatura, a cognatis, bonis temporalibus, curā salutis, honoris, commodi, & ita ab his nudatum velle manere, ut ante tribunal Christi appariturus sum. 3. Spoliare se omni delectatione,
illicitā